





formiter in foro disputare utpote in praxi nimium rarum, ex eo quod aut agitur de illa occulta, & implicita donatione, quae inesse dicitur in confessione dotis receptae a linde non administrata, & ista utpote fraudolenta remanet inefficax ab initio, ac propterea sicuti non recipit robur a iuramento, ita neque a morte ex deductis in generalibus d. 159. & in plerisque d. 159. particularibus sub tit. de dote. Aut de donatione expressa, & cum in ista pro communi stylo adiciat iuramentum, hinc sequitur quod valeat ab initio, ideoque ista questio non intrat; Sed praesupposito quod intrat. Ex parte scribentium pro haeredibus fideicommissariis donatoris in hac facti specie ad probandum quod sufficit dicta clausula Cassani &c. allegabantur Cavalcan. dec. 30. n. 14. & n. 27. p. 1. & Molin. de ritu nupt. lib. 3. sect. 1. g. 1. n. 45. & 46. qui id dicant, sed pro meo iudicio non bene probant, quoniam Cavalcan. cum quo in omnibus tanquam relator procedit Molin. ubi sup. in id allegat Simon. de Pret. conf. 149. n. 31. lib. 2. qui id quoque asserit, sed quoniam est auctoritas Consulentis ad pecuniam vel opportunitatem hinc oporteret inspicere eius fundamentum quod est in dispositione text. in l. cum male status s. si maritus fr. de donat. inter vir. & uxor. & in l. maritus secunda C. eod. tit. per quae iura firmatur (& bene) quod si maritus bona uxori donata alienat, vel specialiter obligat, ita censetur donatio revocata; Et merito quoniam ob specialem, & expressam, alienationem vel hypothecam declaratur animus contrarius, non videtur tamen quomodo exinde inferri possit ad istam revocationem generalem resultantem a clausula cassans &c. quae potius pro quodam formulario Notariorum adici solet ad ad exuberantiam, & tanquam de natura actus, adeo ut nisi adiciatur, adhuc testamenta, aliaque ultimae voluntates, quae praecedunt, revocatae censentur; Donatio vero ista, ubi fiat expressio inter vivos habet naturam contractus, illaque non est invalida ipso iure, neque recipit quoad substantiam omnimodam perfectionem a morte, sed solum cum morte ponitur in tuto, adeo ut interim habeat implicitum statum validitatis, cum etiam inter non prohibitos dari potest casus donationis inter vivos validae & perfectae, sed subiectae revocationi ad libitum donatoris ex lege eidem donatori adiecta, ut alibi hoc eod. tit. advertitur; Ideoque cum donator habuerit in animo faciendi actum inter vivos ex tunc perfectum, neque huiusmodi subtilitates juris illis de populo innotescere soleant, hinc non videtur quae nam probabilis ratio urgeat, ut ob istam clausulam ut plurimum a Notario de stylo adici solitam ut supra, ad hunc animum inferri valeat; Nisi circumstantiae id fudeant, atque talis voluntatis probabile praebent argumentum, ac propterea adaptari valeat eadem ratio dictorum iurium, quia nempe, licet specialiter, & expressis non disponatur de bonis donatis, atramen legata, aliaque dispositiones sint tales, quod effectum alias sortiri non possent, nisi per necessarium antecessens praesupponenda sit hac implicita revocatio, quia nempe donatio notabile bonorum partem absorberet ita & taliter quod intrat praesumptio, quod testator verisimiliter ita non disposuisset, nisi donationem revocare in animo habuisset, vel quod alia familia inrent argumenta huius voluntatis, cuius idcirco, ac facti potius quam juris videtur questio, ideoque ex facti qualitate, & circumstantiis potius decidenda ad instar eorum quae habemus in donatione inter vivos non prohibita, facta absenti, quae re integra ante scientiam, & acceptationem sit revocabilis, cum similibus, puta an interim dilectio diminuta sit.

Eoque minus dictis auctoritatibus mihi de facili deferendum non esse videbatur, quia ut praesertim patet ex Molin. & Cavalcan. involunt. & confundunt terminos donationis causa mortis, & illius inter vivos, atque cum praesupposito quod agatur de prima specie pertinet cum traditione Bart. in d. l. maritus quod facillius praesumitur revocatio donationis in favore conjugis, quam extranei; Ac propterea intellectus non acquiescat huiusmodi auctoritatibus non discurrentibus, sed cum moderna frequentiori inopia procedentibus cum dicto aliquorum consulentium; Adhuc tamen refero maturius cogitandum, cum tempus, & occasio non dederit huc usque maturum articulum examinare, ac iudicium desuper efformare.

EUGUBINA DONATIONIS PRO URBANA ET MARIA DE MENGHIIS CUM MASSORELLIS, ET MENGATIIS, AC ALIIS.

Casus varie decisus per Rotam. An donatio facta per iurum ad bellum, censenda sit causa mortis, vel inter vivos; Et an retrodatio exigat eandem solemnitates requisitas in donationibus; Et an iste solemnitates requirantur in donatione facta per matrem filio.

S U M M A R I U M.

- 1 FActi series cum resolutionibus.
2 Distinguantur casus inspectiones.
3 Donatio facta per iurum ad bellum an sit causa mortis vel inter vivos.
4 An retrodatio requirat eandem solemnitates quas donatio.
5 De decretis Ducalibus status Urbini an vigeant, necne.
6 De conclusione quod in donatione facta per matrem filio non requirantur solvences quomodo intelligi debeat.
7 De eisdem decretis Ducalibus.
8 An preces praesentantur porrectae per eum, sub cuius nomine cantant.
9 Iudicium Antioris in rota causa.
10 De eadem conclusione de qua n. 6.
11 Quomodo casus decideri debeant.

D I S C. LXVIII.

Turum ad bellum de anno 1643. Juvenis Joannes de Menghis nobilis Eugubinus in munere Praefecti vulgo capitanei unius cohortis, cum solemnitatibus requisitis, ab illis decretis Ducalibus pluries enunciatis supra hoc eod. tit. d. 2. & 3. donationem omnium ejus bonorum fecit Clorindae de Bigazinis matri, quae eidem Joanni jam regresso volenti uxorem ducere de anno 1657. eadem bona retrocessit ac retrodonavit.

Eodem vero Joanne uxore dicta defuncto de anno 1666. nullis procreatis filiis cum testamento, in quo haerem instituit Ecclesiam Sanctae Mariae pro Collegio ibi erigendo relicto jure nominandi Canonicos, Massorellis, & Mengatis conjunctis; Hinc inter istos, & dictam Clorindam superstitem, orta fuit lis in partibus super dictam retrodonationis invaliditate ex defectu solemnitatum; Atque pro invaliditate prodiit sententia, confirmata in Curia per Iudicem Tribunalis Fabricae, in qua causa reasumpta fuerat, dum agebatur de pia dispositione cum dictis sororibus Clorindae interim defunctae ex altero filio nepotibus, & haeredibus; Commissaque causa Bevilacqua uti Praelato de voto Rota, ac dato dubio, an & de ejus bono jure constaret sub die 25. Januar. 1671. prodiit resolutio constare de bono jure haeredis, pro validitate scilicet retrodonationis, ad cuius decisionis normam prolata sententia, super praecedentium sententiarum infirmatione, commissaque per Congregationem Fabricae denuo causa in eadem Rota coram Rondanino, datoque dubio, an hac posteriore sententia esset confirmanda, vel infirmanda sub die 24. Januarii 1672. pro infirmatione, & sic pro invaliditate retrodonationis iuxta priores sententias resolutio prodiit, neque quod sciam, quia aliorum progressum habuit ob concordiam tractatum pendente.

In disputationibus itaque habitis tam coram Iudice Fabricae, quam in Rota in utraque instantia; Ultra eaque in hac ultima instantia ex hac parte deducebantur iudicii ordinem respicientia, super ultimae sententiae nullitate cum tunc confisteret potius in facto, quam in jure; Quoad ea, quae juris sunt, quinque fuerunt inspectiones; Primum nempe, an ista donatio, utpote facta occasione accessus ad bellum dicenda potius esset causa mortis, quam inter vivos, & propterea dato incolumi regressu, ea resoluta esset; Secundum postea, quod esset inter vivos, an retrodatio exigere eandem solemnitates, quae ex enunciatis decretis Ducalibus requiruntur in donationibus; Tertio, an praedicta decreta Ducalia vigeant stante devolutione Status; Quarto, postea quod dicta decreta vigeant, quodque in retrodonatione requirantur eandem solemnitates, quae in prima donatione, an illae requirerentur in hoc actu, utpote facta per matrem ad favorem filii, praesertim vero intuitu, & contemplatione matrimonii, quod iste contrahere volebat; Et quinto de-

num, an obstaret quadam revalidatio, vel suppletio concessa per Cardinalem Legatum Urbini ad ejusdem Clorindae preces.

Quatenus pertinet ad primum punctum disputatum quoque supra d. 38. dicebam scribens pro dictis puellis idem, quod loco citato habetur, eandem deducebam auctoritates, quod scilicet ista occasio apta quidem sit ad inducendam praesumptionem in dubio, ut potius causa mortis, quam inter vivos donatio censenda veniat; Secus autem, ubi ejusdem donationis tenor probet oppositum, quod inter vivos facta sit, cum hac etiam a moribundo fieri valeat; Et per consequens cum in hoc instrumento expressè diceretur fieri donationem irrevocabilem inter vivos ab initio perfectam cum verbis, & clausulis ex tunc domini translativis, mentione morti adiecta ad denotandum solum plenarium effectum, vel executionem etiam in usufructu per donatorem fidei reservato, iuxta receptam, hodieque nimium vulgarem distinctionem, de qua in ibidem allegata dec. 664. Merl. repetit. dec. 9. par. 6. rec. & in aliis relatis per modern. De Luc. ad Franch. dec. 436. ita de stricta juris censura, nullius operationis remanebat cessatio periculi, seu reversio à bello; Ut etiam probabat ejusdem donatoris observantia, quoniam dicta incolumis reversio de recenti sequuta fuerat, dum bellum desierat de anno sequenti 1644. & tamen post plurimum annorum decursum de anno scilicet 1657. donator habens in animo uxorem ducere, coactus fuit, etiam cum aliqua longa negotiatione, ac mediatione non absque aliqua mulieris circumventione, vel circumventionis suspitione ex quibusdam facti circumstantiis desumpta, atque in ultima decisione coram Rondanino ponderata, obtinere retrodonationem; Ideoque in hac parte reflectendo etiam ad veritatem in puncto juris probabilior videtur posterior, quam prior resolutio.

In secundo puncto, quod scilicet retrodatio exigere eandem solemnitates, quas nova donatio ex integro, dictae decisionis invicem nullatenus pugnant, cum in utraque id supponatur, & merito; Quidquid etenim motive tur per Paulum de Castro 171. lib. 2. qui magis communiter reprobat, eaque adducit distinctio, quod aut agitur de illa retrodonatione, quae habet speciem repudiationis, five abtentionis ab acquirendo, quod nempe donatarius habita notitia donationis, dicat eam non curare, & nolle acquirere, ideoque retrodonet; Et tunc nullae requirantur solemnitates in donationibus desideratae, quoniam in effectu nil amittit, vel dat de suo, sed solum abstinet ab acquirendo, Aut donationem acceptavit, adeo ut dominium bonorum donatorum in ipsum jam perfectè translatum fuerit, deindeque ex intervallo donatori retrodonationem faciat; Et tunc secus, quoniam in effectu est nova donatio, & alienatio ex integro, ex iis, quae antiquioribus relatis habentur apud Lotter. lib. 3. qu. 17. num. 207. Olea de cess. jur. tit. 2. q. 2. n. 1. & sequ. Rota apud Peniam dec. 239. & 237. Gratian. discip. 750. nu. 11. & 12. dec. 41. & sequ. post Paitell. in eodem casu, de quo supra d. 2. ubi agebatur de retrodonatione in parte, & confertur, quae habentur sub tit. de alien. & contract. prohib. d. 1. Ac propterea in primis disputationibus habitis coram Iudice Fabricae, sola questio fuit in facto potius, quam in jure, quia nempe scribentes pro haerede donatoris negabant applicationem, seu quod non constaret de acceptance expressè, sed ex hac parte procedebatur cum praesumpta deducta ex natura actus favorabilis, vel lucrativae, & ex conjunctione sanguinis, aliique conjeturis; Sed in aliis disputationibus habitis in Rota, non fuit opus de hoc agere cum questio de plano cessaret ex facto, in quo justificata fuit possessio donatariae cum perceptione fructuum, & deputatione procuratorum, aliorumque ministrorum, vel colonorum; Nimiumque in idem conferebatur ipsa retrodatio procurata cum aliqua negotiatione, ut supra.

Super tertio puncto, an decreta Ducalia praescribentia solemnitates vigerent, necne, difficultatem faciebat assertio, Conciol. alleg. 39. n. 1. quod scilicet illa non fuissent in hac Civitate Eugubina publicata; Verum bene examinatio puncto compertum fuit, id assertum fuisse pro consuetudine Advocatorum, & Consulentium acendi ingenium, atque deducendi quidquid possint pro defensione casus cum cons. 14. Eugenii lib. 1. editum pro hac Civitate supponit ad praesentiam antiqui decreti, sed ex eodem more Consulentium curetur illud evitari ratione iuramenti, cum plerisque aliis considerationibus, ob quas isto con-

filiorum volumine publicae luci tradito super istius decreti observantia plures irrepere difficultates, ad quas dirimendas idem Dux de anno 1621. novum fecit decretum longe amplioris tenoris, ut pluries in praecedentibus advertitur, & praesertim d. d. 35. atque super hoc decisio coram Rondanino, nimium se diffundit, eaque etiam in solo sensu veritatis est probabilis.

Major difficultas esse videbatur in quarto puncto, quod scilicet ageretur de donatione facta per matrem filio; Ac propterea cessaret illa suspicio fraudis, & circumventionis, ob quam in donationibus desiderari solent iuxta doctrinam Baldi in l. pactum dotale 3. n. 24. C. de collat. & conf. 407. lib. 2. quam alii sequuntur per Mantica de sac. lib. 4. tit. 33. n. 31. Rota dec. 217. par. 4. divers. & 653. par. 4. recent. tom. 2. utrobique nu. 1. cum aliis relatis in prima decis. coram Bevilacqua.

Super hoc motivo duas dabam responsiones, quas Rota in posteriore decisione coram Rondanino amplexa est; Primum scilicet, quod ex ista circumstantia oriatur quaedam simplex praesumptio attendenda in dubio, secus autem, ubi adint contrariae probationes, vel fortiores praesumptiones, dum tunc cessat ratio, cui innituntur Bald. & alii, ut advertitur apud Millin. dec. 340. dec. 6. post Pich. n. 9. & sequ. & dec. 143. n. 8. par. 1. rec. idem Pich. ad stat. gloss. 10. n. 3. Cumque ponderarentur aliae circumstantiae redolentes circumventionem, ita in stricta juris censura etiam fundatè dicitur conclusionem non intrare.

Altera erat responsio pariter in decisione admissa, quod scilicet id procedat in status particulariter agentibus de solis donationibus, vel aliis contra dictibus mulierum ratione fragilitatis sextus, ob quam de facili praesumuntur fraudes, & circumventio, cum ista circumstantia hanc praesumptionem tollat, secus autem, ubi agitur de lege generali praescribente formam, vel solemnitatem in contractu per quemcumque ille fiat, etiam si per Virum majorem quantumvis sagacem, & prudentem, cum tunc dicta ratio non intrat, ideoque in specie solemnitatum, quae per statuta Urbis 148. & 150. in donationibus desiderantur, ut procedant etiam inter patrem, & filium, ex Fenzon. decis. 249. n. 10. & sequ. advertitur per Rot. apud Bich. dec. 491. n. 33. repet. dec. 217. n. 29. par. 11. rec.

Clarius verò in terminis istius posterioris decreti Ducalis, quoniam cum per Eugen. d. conf. 14. h. 1. excitata fuisset ista difficultas, quod scilicet habente antiquo decreto anni 1561. expressam rationem fraudis illud cessare debebat, quando ista exclusa remaneret, voluit idem Dux ejus voluntatem declarando aliud decretum de anno 1621. eadere cum longe ampliori forma pro tollendis omnibus Juristarum subtilitatibus, & rampinis, ut etiam supra d. d. 2. advertitur, idque comprobant ipsae Partium observantiae, dum in prima donatione facta per filium matrem solemnitates adhibita fuerunt, ac etiam in retrodonatione aliaque servatae fuerunt; Idcirco curatum fuit postea obtinere revalidationem à Cardinali Legato.

Dictam verò revalidationem in quinto puncto supra distinctam non refragari merito quoque in posteriori decisione resolutum fuit; Tum quia non justificabantur praesupposita in precibus narrata, Tum etiam, quia non constabat, quod eadem preces porrectae fuerant ex parte ipsius mulieris, cuius nomen supponi potuit, dum praesumptio, cum qua procedit prior decisio, quod gratia obtenta fuerit per Oratorem rectè procedit in favorabilibus, in quibus terminis loquuntur dec. 811. n. 7. & 966. n. 8. Dunozetti Add. Gregor. dec. 331. n. 19. & aliae auctoritates relatae in prima decisione, secus autem in odiosis, & praesudicialibus.

Quamvis autem loquendo de stricta juris censura omnes praemissae conclusiones, eas capiendo generaliter, & in abstracto essent verae, adeo ut posterior decisio, capiendo eam per partes esset probabilis, beneque fundata; At tamen reflectendo ad veritatem, ex quodam naturali potius, quam legali discursu, quamvis esset favorabilis illi parti, pro qua scribebam, intellectus non est acquiescebat, non quidem ex fallacia dictarum conclusionum, sed ex illa applicatione, quasi quod inspecta hac facti serie, ex illa ad instar pluries enunciati operis missivi resularet quaedam imago longè diversa ab illa, quam fingi lapides praeserferrent, five quod verificaretur pluries enunciata axioma Medicorum, pulsus bonus, urina bona, a liaeque signa bona, & aeger moritur.

Nimium siquidem in verisimile videbatur, ut nobilis juvenis, qui vitam saecularem profitebatur, voluisset ita se deponere,







ventionem seu lesione, desumendo estimationem a verifimilitudine, sive a communi iudicio, & praxi iuxta valuationem censuum aliorumque iurium vitalitiorum ex relatis sup. disc. 54. & 61. Ac etiam sub tit. de usur. pluries occasione agendi de valuatione mercium seu victualium pro tempore futuro, cum etiam alea, seu iactus retis suam estimationem, cum iustitia vel iniustitia pretii habere potest; Sed iste excessus operatur quidem iniustitiam, si ve etiam nullitatem ratione doli praesumpti, quando excessus esset magnus, ob quem intret lesio enormis, non autem ut intret termini donationis.

Hinc de consequenti dicebam corruere omnia alia motiva & praesertim secundum circa pretenfam subreptionem licentiae sui dispensationis obtenta & Senatu, eo quia non fuisset narratum habere aliquos proximos, qui ad primam statim intervenire potuissent, quoniam ultra difficultates, quas ob circumstantias facti patiebatur ipsum motivum de per se consideratum, etiam ageretur de donatione, in qua necessarii fuissent solemnitates, quibus dispensatum fuerat, ita cessabat quaesitio in radice quoniam si nullatenus requirebantur solemnitates frustra querebatur de validitate vel invalida earum dispensatione utpote non necessaria, & obtenta ad superabundantiam.

Idemque quoad alterum motivum simulationis, dum contractus ob dictam corresponsivitatem habebat ejus causam veram & praesistentem; & etiam quae conjecturae, & praesumptiones desuper consideratae, erant vagae, & leves, non attendenda ubi desit causa simulandi, ut pluries sub diversis materiis advertitur.

Prout etiam fundamento facti, & juris desitutum erat alterum motivum ineptiae causae, dum aderat causa vera, & oportuna consulendi ejus provisioni donec viveret; Atque semper pro meo sensu restringebatur ad punctum lesionis.

Solidum, & probabile dicebam (quando factum affligeret) ultimum motivum, circa praesupposita mala tractamenta, quae tamen percurrebant non implementum corresponsivae promissionis, cum tunc locus sit resolutioni iuxta decisiones in hac materia celebres in Curia in Mediolan. donationis 10. Junii 1645 & 13. Marti 1646. cor. Ghislerio, saepius in aliis canonizatas ex deductis supra disc. 18. cum pluribus seq. sed an intraret, nec ne applicatio, remanebat incertum cum id penderet ex justificationibus facti; Ac propterea, ut frequenter advertitur non de facili per absentes de facti circumstantiis non bene informatos tutum ac maturum iudicium pro veritate efformari potest unquam forte efformabile ex solis conclusionibus vel generalitatibus juris.

Ultra istud motivum, quatenus in facto non esset sustentabile; Advertebam solidum quoque seu praemissis melius mihi videri alterum non deductum, omnimoda indotationis mulieris, cui ita impedita remaneret libertas, aliud matrimonium contrahendi, ex illis, quae in specie habentur sup. disc. 55. & sub tit. de dote disc. 20. 95. & 96. & ferunt quae habentur in materia libertatis matrimonii sub tit. de testam. disc. 73. & sub tit. de matrim. disc. 14. ac etiam habemus generaliter in materia falsi praesuppositi, sive iuxta axioma, quod quilibet dispositio intelligitur, rebus in eo statu permanentibus.

Cum etenim ista mulier tunc supponeret, atque in animo haberet amplius non nubere, alioque magis conjunctos vel benevolos non habere, eo quia viri nepotem loco filii haberet, ut in precibus Senatui porrectis narratur; Hinc credens in eo proposito perseverare, hunc actum prudenter fecit per speciem dispositionis inter vivos, atque ita magis ejus provisioni consulendo; Sed cum postea experiretur viri, ideoque ut peccandi occasione tolleretur, mutato proposito nubere delibaverit, ita intrare dicitur resolutio adus ex cessatione praesuppositi.

Atque ad id conferre observabam ea quae in simili habemus in hac materia donationis, quod si donator habens uxorem senem vel sterilem, donationem faciat etiam cum renunciatione dispositionis text. in l. si unquam, C. de revoc. donat. At tamen sic casus praebet, quod, mortua illa uxore, aliam ducat juvenem, & secundam, ex qua filios suscipiat, intrat resolutio donationis ex dispositione vel ratione dicti Text. in l. si unquam, non obstante quod cogitatum fuerit, dictaque legi renunciatum, ex dicta ratione cessantis praesuppositi, per quam tolli videtur consensus ab actu, Socini. conf. 126. hb. 3. adden. ad Theaur. dec. 21. Fontanell. de pact. cl. 5. gl. 8. part. 31. n. 16. cum aliis supra disc. 20. & seq.

Famulativae autem ad istud motivum ac alterum non implementi ut supra ad ea facilitandum ac offendendum hujus mulieris circumventionem non contemnenda essent alia

quatuor motiva de quibus supra, deducendo ad hunc finem ea quae pro subreptione dispensationis vel pro simulatione, aut pro defectu solemnitatum directe cumulabantur, ita indirecte & coadjutivae ad faciliorem reddendum animum iudicis.

In idem de quo n. 9. & 10. conferre dicebam ea quae habentur sup. disc. 8. & seqq. circa resolutionem donationis ex cessante causa, ac etiam quae habentur in renunciationibus ex eodem motivo quandoque revolvendis, ut in sua lege sub tit. de renunc. disc. 4. & 5. & seqq.

Post datum autem responsum, alia transmissa fuit notula, in qua advertabatur, quod donatio sequuta non erat in domo solite habitationis mulieris sed in quadam alia domo remota a nemine habitata, cujus vicini adhibiti fuerant; Atque stante hac circumstantia secundum dedi responsum in quo dixi pro invaliditate respondendum videri ob magnam fraudis, & circumventionis praesumptionem iuxta ea quae de donatione vel alio contractu gesto extra primum domicilium habentur dec. 17. n. 20. & dec. 31. n. 2. & seqq. part. 13. rec. Andreol. contr. 4. 14. & supra hoc tit. 35. n. 17. & alibi; Atque ad idem conferre observabam ea quae habentur disc. 1. de matrimonio, super mutatione domicilii, ob rationis identitatem, quod scilicet ita vicini non possunt esse informati, neque affectionem habere, ut mulieris indemitati consulatur, atque ita istum actum, ac alium, non evocandi consanguineos attendi pro argumento fraudis, & circumventionis.

ROMANA DONATIONIS LOCORUM MONTIUM

PRO MARCO, ET ANTONIO DE REBLIS CUM JACOBO FRATRE.

Casus disputatus coram A. C. seu Praelato deputato.

De eadem materia, de qua supra disc. 20. & seq. super resolutione donationis ob superveniendum filiorum ad terminos Text. in l. si unquam, C. de revoc. don.

S U M M A R I U M.

- 1. Falsi series.
2. An, & quando intret necesse dispositio l. si unquam.
3. Quomodo ista materia debeat regulari.
4. Paupertas donatoris considerabilis.
5. Vel qualitas qua sit idota, & quid de clausula codicillaris, & alius.
6. De imperitia Notarii.
7. Quod dispositio l. si unquam non intret in contractu oneroso, & corresponsivo.

D I S C. LXXI.

Proffidentibus pro communi Marco, Antonio, Alexandro, & Jacobo Fratribus triginta unum loca montium ex quadam negotiatione quaesita, primi tres donationem de eorum portionibus ultimo fecerunt, sub ea lege, & conditione, ut ad omnia debita, quae ipsi in eadem haberent dispensanda ipse teneretur; Cuius tractu temporis Marcus uxore ducta in patria, filios procreavit, hinc ob istorum supervenientiam declaravit donationem resolutam coram Notario, deindeque idem, vel eo defuncto ejus filii, iudicium pro eorum portionum vindicatione instituerunt in Tribunali A. C. contra Jacobum donatarium excipientem non esse locum dispositioni Text. in l. si unquam, Cod. de revoc. donat. stante quod in instrumentum donationis inter clausulas genezales pro observantia adici solitas, expressa legebatur renunciatio dispositioni text. in l. 2. C. de revoc. donat. ob supervenientiam filiorum, desuper deducendo auctoritates cumulatam in jam aeditis decisionibus in casu de quo supra disc. 20. in Romana domorum 27. Januarii 1668. & 1. Julii 1669. coram Albergato hodie impress. dec. 10. & 119. post Torr. de pact. fut. success. in quibus, & praesertim in secunda pleno calamo probatur, quod dicta dispositio non intrat quando de filiis filii cogitatum, ut etiam advertitur d. disc. 20. & in aliis seqq.

Scribens pro alore; Quatenus pertinet ad hunc punctum, seclusa difficultate patens, de qua infra, etiam cum sensu veritatis dicebam pro eo respondendum fore, iuxta regulam textus praesata limitatione non obstante; Atque duas pro stylo constituendo inspectiones unam scilicet doctrinalem, & alteram ratiocinativam.

Quate-

Quatenus pertinet ad primam de praesatis decisionibus rationem habendam non esse dicebam, quoniam ut advertitur in annot. ad eundem disc. 20. praecipuum dictarum decisionum fundamentum fuit, quod non constaret de procreatione ipsorum filiorum, neque de aliis praesuppositis, ex quibus inferrebat ad verisimilitudinem deficiente donatoris voluntate; Quia nempe tunc in gravi etate constitutus haberet mulierem per sexagenariam, & per consequens in statu desperato generandi, cae defuncta, ex altera uxore filios procreavit, ideoque postmodum agentes ad resolutionem obtinuerunt remissionem ad id probandum, praevia decisione desuper edita sub die 22. Junii 1672. cor. cod. Albergato, factisque ejus vigore probationibus sub die 19. Junii 1673. recessum fuit ad supradictam resolutionem, confirmando primam sub die 22. Junii 1665. ad favorem filiorum donatoris prodita, ita firmando ibi deductam limitationem, etiam ubi de filiis cogitatum sit, quod scilicet intelligatur eo retento praesupposito sine rebus in eo statu permanentibus, quo casu donator de facili renunciat huic legi, quae scilicet ut vulgo dicitur, donare solem de mense Augusti, utpote de casu non contingibili; Et per consequens non capiat casum non verisimiliter cogitatum, & insperatum: Istaque declaratio mittitur dicto disc. 20. etiam scribendo pro veritate, quamvis ex aliis circumstantiis tunc crederetur resolutioni locum non esse.

Assumendo vero alteram magis gratam magisque genialem inspectionem ratiocinativam, seu discursivam dicebam idem, quod in omni serae materia advertitur, quod scilicet error sit procedere cum generalitatibus, atque doctrinis vel decisionibus unum casum percipientes cuiusque alteri applicare, non reflectendo ad circumstantias facti, cujus potius quam juris revera est questio, utpote voluntatis: Et per consequens indaganda est substantia verisimilis voluntatis desumenda ex qualitate donatoris, & donatarie respective, ex causa, seu motivo donandi, ex quantitate, vel specie donata, & similibus, ex quibus arguendum est, an revera fuisse ille donaturus, quamvis filios habuisset vel probabiliter sperasset iuxta materiam, ac terminos text. in Auth. ex causa, C. de liber. praeterit. super legatis, & fideicommissis subfinitis non obstante filiorum praetereorum, cum similibus, prosum negligendo formalitates verborum, & clausularum utpote de stylo Notariorum ut etiam advertitur d. disc. 20.

Applicando autem ad rem, pensatis omnibus facti circumstantiis videbatur absolutum, ut locus esset regulari pro resolutione, praedicta renunciatione non obstante, attendente qualitate Donatoris dupliciter considerabili; Primò nempe quia erat pauper, ac vir depreffae fortunae, adeo ut penitus otiosus consisteret in hac portione locorum montium, & per consequens cadere non potest illa consideratio, quae fieri solet quando de aliis bene provisis modicam comparativè faciat donationem vel legatum, facturus etiam si filios habuisset, vel habere credidisset ut in specie advertitur apud Theaur. dec. 121. cum in huiusmodi questionibus ambigat seu conjecturatae voluntatis, verisimilitudo seu respectivè inverisimilitudo sit regula, seu regularitrix principalis materiae.

Et secundo, quod ageretur de persona, seu viro idiota, atque huiusmodi: legalis dispositionis ignara, ut in specie ponderatur per Theaur. jun. in add. ad dictam dec. 121. Theaur. sen. vers. alii vero dicebant; Et in similibus terminis clausulae codicillaris vel aequipollentis Rot. apud Duozert. dec. 792. nu. 17. & in aliis relatis sub tit. de testam. disc. 57.

Et quavis eodem disc. 57. dicatur probabilis esse, quod etiam in dispositionibus rusticorum, & mulierum, aliarumque personarum idiotarum clausulae sint operative, atque opus non sit iustificari, quod adjectae fuerint de voluntate contrahentis, qui de illarum efficacia vel operatione fuerit certioratus; At tamen id procedit, quando ipsius disponens vel contrahentis interfit illas clausulas adicit pro validitate, & perfectione actus, cum tunc intret ratio de qua eodem disc. 57. cui habet opinio innititur, quod scilicet Notarius confusus rogatus facere actum eo meliori modo, quo fieri potest, & valeat, secus autem ubi res sit in oppositum, ac propterea dicta ratio retorquetur, ut in praesenti.

Clarius vero, ac extra omne dubium in praesenti casu, quoniam ex inspectione ipsius instrumenti constabat esse magis ignarum, & idiotam, quam ipsimet idiotam donatorem, dum neque sciebat qualis esset dicta lex, & quid revera disponderet, dum enunciativè eam esse secundam, cum sit

octava, unde ad evidentiam patebat, quod neque Notarius sciret vel intelligeret quid scriberet: Istaque sunt confidentiationes, quae in iudicando, & consulendo in huiusmodi questionibus fieri debent, non autem procedendum in abstracto cum auctoritatibus vel decisionibus.

Difficultatem autem magnam in isto casu mihi inferebat factum potius quam jus, quodque non ageretur de vera, & propria donatione, sed potius de actu oneroso, & corresponsivo referibili ad commodum, & incommodum, si quidem cum illi fratres exteri pro eorum nationis more, certam industriam in Urbe exercuissent, ibique acquisivissent quidem haec loca montium, sed pro negotiatorum consuetudine contraxissent debita, essentque incerti an debita essent majora vel minor; Vellent autem, hoc negotium deserendo, in patria morari, hinc illi fratri, qui delibaverat Urbis incolatum, & negotium prosequi, dimiserit bonum, & malum, atque commodum, & incommodum quorum utrumque incertum erat ideoque fuit contractus corresponsivus, & onerosus potius quam donatio, & per consequens extranei remanebant termini Text. in d. si unquam.

URBEVETANA DONATIONIS PRO PETRO BISENTIO CUM DECIO ANGAJANO.

Responsum pro veritate.

An bona donata mulieri pro augmento ejus dotis veniant sub generali renunciatione per eandem donatariam facta ad favorem fratris dotantis.

S U M M A R I U M.

- 1. Falsi series.
2. De irrevocabili donatione ejus, quod donatum est contemplatione matrimonii.
3. De donatione habente naturam dotis.
4. Damnatur stylo procedendi cum littera.
5. De consuetudine facienda renunciationes.
6. Quando vir dicatur magis interessatus in donatione facta mulieri.

D I S C. LXXII.

Subscriptis capitulis matrimonialibus sub die 20. Septembris 1661. super matrimonio contrahendo inter Decium Ancajanum, & Doralicem Bisenfium cum dote scutorum quatuor mille, & Petro tunc minore cum auctoritate Curatoris sponsae patre destitutae, cum consueto pacto generalis donationis, ac renunciationis per dotatam donantis favore faciendae; die immediatè sequenti Virgilia sponsae mater ei donavit scut. mille solvenda post ipsius mortem in tot bonis atque sub die 3. Octobris sequentis eadem sponsa ampliam donationem, ac renunciationem fecit omnium ejus iurium praesentium, & futurorum ad favorem fratris dotantis, vocatò se decenter dotatam & contentam dicta dote sc. 4. m. per fratrem sibi constituta, subsequente postmodum obitu matris, ideoque facto calu solutionis dictorum scut. 1000. per eam donatorum, exortum est dubium an ista comprehendatur sub dicta generali donatione, seu renunciatione, atque desuper pro veritate ex parte Petri donatarii consultus. Contra ipsum requirementem respondi ex defectu petitis, à qua etiam voluntas metienda est, quoniam cum ista fuerit donatio facta intuitu, & contemplatione certi matrimonii, ità resultat ille defectus potestatis de quo supra disc. 1. cum pluribus seqq. in donationibus contemplatione matrimonii non retrocedendis, vel minuendis etiam de Donatarii consensu ob interesse alterius conjugis atque in specie istius casus donationis factae mulieri non retrocedendae in praedictum viri habetur sup. disc. 7. ubi licet contra ibi decisio ego habeat difficultatem, ista tamen provenit ex illius casus particularibus circumstantiis, in isto cessantibus; Quinimo retorquendis, ac fortioribus, quam in illis casibus de quibus disc. 1. & seq. donationis factae sponso, dum ista donatio favore puellae absentis, ac infelicis stipulata fuerat cum sponso ejus nomine, ac etiam pro ipsius jure acceptante; Secundo quoniam ista praesumpta deficientia voluntatis, quae resultat à defectu potestatis ut supra, magis comprobata remanebat ex circumstantia, quod puella donatrix vel renuncians ignara erat hujus donationis, ideoque intrare dicebam vulgatum axioma, quod renunciatum non trahatur ad ignorata.

Item



Item fortius, quoniam revera ista dicenda non erat simplex donatio facta per matrem filie, ut in verbis dicebatur, sed potius attendenda substantia veritatis, que perpetuo attendi debet, atque verbis prevalere, erat pars dotis ab initio constituta, ac perfecta, dilata solum ad tempus mortis executione iuxta casum, de quo sub tit. de dot. disc. 27. Frequens etenim est matrum consuetudo ad facilitandum matrimonium filiarum faciendi de proprio hujusmodi augmenta post earum mortem præstanda, dum ipse viventes indigent dote, ut ex fructibus vivant; Quatenus sint Viduæ, si vero sunt nuptæ, non possunt ex tunc dotem minuere in præjudicium viri, cuius sunt fructus.

Et quamvis aliqui per eundem donatarium, seu renunciatarium consulti, in contrariam abierint sententiam, illi freti fundamentum deducunt iuxta frequentem ineptiam ex sola verborum formalitate, quia scilicet formaliter vocando se congruè dotatam, atque contentam dote fecit. quatuor mille per fratrem sibi constituta, reliqua omnia bona, & jura de presenti competentia, & imposituram competitura remiserit, ac donaverit, Ideoque dicebam, quod casus esset expressus in verbis, dum se contentam declaravit solis fructibus quatuor mille; Attamen dixi id provenire ex consueto nimum damnabili, atque tunc inculcato errore procedendi cum sola formalitate verborum Notarii, non reflectendo ad substantiam veritatis ex facta massa, non autem ex verbis deducendam; Idem etenim ita dictum fuit, quia instrumentum dotale de hac summa non loquebatur; Itud verò augmentum nec Notario, nec ipsi fratri donatario, seu renunciatario, quinimò neque ipsiusmet puellæ innotesceret; cum fuerit actus occulte iniustus inter locerum, & generum; ideoque semper, ac in dies manibus palpalibus redditur iste error, qui tamen non corrigitur, sed potius crescit.

Et quidem iuxta communem Italie usum pluries infirmatum sub tit. de renunciatis. ista renunciaciones per puellas, quando in congrua ætate spiritaliter, vel carnaliter nubunt, fieri solent ad favorem patris, vel fratrum percipiunt jura delata, vel deferenda ex testatis, vel intestatis sine fideicommissarij successione in genere sed potius incerta, quam certa, nullatenus verò bona, & jura certa, & quæstia intuitu, & contemplatione illius specialis matrimonij, quod causam præbet hujusmodi generali renunciacione, cum id continere videatur potius contradictionem, nullamque habeat verisimilitudinis assistentiam, quamvis bona, vel jura ista occasione obventa non fuissent data in dotem, sed reservata pro parapherno, quoniam, & hoc speciem dotis redolet, atque in eo magis interessatus dicitur sponsus, quam sit interessata sponsa in donatione contemplatione matrimonij facta sponte.

Tum quia de communi, vel saltim frequentiori usu fructu bonorum paraphernalium, seu extradotalium ex mulieris explicito, vel implicito consensu solent esse viri ex deductis sub tit. de dote disc. 168. Tum etiam, quia quod magis mulier de parapherno bene provisa est; eo minor sunt viri onera in ornamentis, aliisque usibus mulieribus ex deductis eod. tit. de dote in Maceraten. disc. 176. ideoque interesse est magis proximum.

**PRATEN. DONATIONIS PRO AGNETE DE TASSIS.**

*Responsum pro veritate.*

De pacto resolutivo donationis adjecto ad favorem Donatoris in casu alicujus inobservantia, vel contraventionis: an percipiat substantiam donationis, vel potius modum, & accidentia, ubi præsertim donatio fit ad pias causas: Et an resolutio non declarata per donatorem in vita, declarari possit post mortem, per ejus hæredem.

**S U M M A R I U M.**

- 1 **F**acti series.
- 2 De pacto resolutivo eiusque operatione.
- 3 Quod negligentia administratorum non præjudicet causæ piæ, & Ecclesie, non adimplendo, quid declaratur.
- 4 Resolutio postea arbitrio est personalis, & non allegatur per Successorem.
- 5 Pœna non declarata in vita, non declaratur per hæredem.
- 6 Quando dispositio respiciat substantiam, vel accidentia.

- 7 In dubio favore piæ causæ pro non ademptione.
- 8 Missæ celebrandæ, in loco, in quo est sepultus disponens.
- 9 Per immutationem jurispatronatus activi, non inferitur ad passivum.

**D I S C. LXXIII.**

**A**chileus Picenus de Monte Elparo, moram trahens occasione cujusdam muneris militaris in Civitate Praten. sub assertione consulendi animæ propriæ donavit scuta bis mille, quæ ibi in quodam banco habebat pro erectione Cappellanæ, quæ ibi dicitur animagium ad effectum, ut Sacerdos pro tempore deputandus ex fructibus, quos divens sibi reservavit; aliquas Missas celebraret in Altari sacri cinguli B. M. tradens ex tunc dictam pecuniam Congregationi, seu Operæ in eodem Altari erectæ, ut pecuniam prædictam in censum, vel alias fructiferas occasiones, quamprimum invirescit nominando primum Cappellanum, quo defecto eidem Congregationi, seu operæ illum deputandi facultatem dedit, ita tamen, quod si pro tempore Sacerdotes de descendencia Petri Caluri adessent, nominari deberent, aliique præferri; Ex lege adjecta, quod nisi præfata Operæ administratores infra tres menses dictum investimentum non facerent, consignatio pecuniæ resoluta, & pro non facta censetur, atque fit in ejus arbitrio dicti animagium alibi, & cum legibus sibi beneficiis erigere; Cum itaque intra dictum terminum trium mensium, & ultra investimentum factum non esset, ejusdemque Achilei non reclamantis ad aliquod tempus, sequuta esset mors ab intestato; Hinc Elisabetha, ex filia neptis, & legitima hæres, à Magistro stratu sententiam reportavit contra Operam super dictæ assignationis resolutione, reservato, ut de reliquis videtur; Ideoque de tribus dubitari contingit; Primo nempe, an ipsa donatio in totum resoluta esset, etiam quoad substantiam, adeo ut adrix pecunia absque alio, onere ad ejus liberam dispositionem habere deberet; Secundò, posito quod non, adeo ut erectioni Cappellanæ locus esset an præcisè erigi deberet in eadem Ecclesia, & Altari respectivè, vel potius ubi hæres erectionem facere posset in patria, vel alibi pro ejus arbitrio; Et terciò an per dictum pactum resolutivum, remaneret etiam resolutum jurispatronatum passivum reservatum ad favorem descendendum ex dicto Patre Caluro; Atque desuper ex parte hæredis consultus; In omnibus contra ipsum respondi.

Quatenus enim pertinet ad primum; Attento expresso pacto resolutivo ob non implementum in tempore præfinito, dixi, quod de stricto iure quodcumque dictæ operæ jus resolutum remaneret iuxta generalem naturam, vel operationem pacti resolutivi inficientis actum, ac si gestus non esset ex deductis apud Orthobon. decif. 39. num. fin. Burat. decif. 100. num. 11. Et in specialibus terminis fundationis alicujus pii Operis infra certum tempus cum pacto resolutivo, vel cum substitutione in casu non adimpletæ conditionis habetur supra hoc tit. disc. 12. & seqq. & sub tit. de fideic. disc. 135. In cuius casu etiam habetur alter discursus sub tit. de regular. disc. 32.

Quamvis enim supra hoc tit. disc. 15. habeatur firmatum, quod donatio, vel alia dispositio ad favorem Ecclesie, vel piæ causæ, non resolvatur ex capite non implementi, ex earatione, quod negligentia Rectorum, vel administratorum in non adimplendo, præjudicare non debet ipsi Ecclesie, vel piæ causæ; Attamen id rectè procedit in illa resolutione, que habet speciem caducitatis pœnalis resultantis à dispositione juris in l. 1. & 2. Cod. que sub modo, ob non implementum modale sequendum à parte postea; Secus autem, ubi agatur de implemento conditionali, sive quod accedat expressum pactum resolutivum, per quod actus habeatur, ac declaratur infectus, cum tunc desicere dicatur animus, vel consensus ab initio iuxta distinctionem inter modum, & conditionem, de qua sub tit. de fideic. disc. 154. & alibi.

Adhuc tamen in ipso puncto resolutionis in præjudicium operæ, super quo consultus non eram, stante jam præsupponenda sententia, desuper lata aliquam habebam difficultatem ex duplici motivo; Primo nempe, quod resolutio postea erat in arbitrio ipsius donatoris, cum verbis, & dictionibus personalitatem denotantibus; Ideoque videbatur, quod arbitrium terminasset cum ejus vita, & non esset transmissum in heredem, vel successorem ex relatis sub tit. de feud. d. 40. n. 4. Et secundò, quod intrare posset altera conclusio infirmata disc. 148. de fideic. n. 3. & alibi, ut pœna non declarata in vita, non transmittatur ad heredem, qui eam declarare possit dum ipse donator supervivens per aliquod tempus post terminum præfixum, rectèque sciens investimentum sequatum non esse ob nimium verisimilem scientiam à qualitate loci, summa, & personæ, resultantem acquirere, ac propterea censetur, ita inducitur remissio ex deductis per Greg. & adlen. decif. 529. & passim; Multoque magis ubi idem alios fructus exegisset ab eadem opera, atque implicitum investimentum cum se ipso fecisset, quod tamen erat incertum; dum in facti notula transmissa id non explicabatur.

Verum ubi sententia præsupposita quoad resolutionem iuris operæ, tam super investimento, quam super facultate deputandi Cappellanum pro tempore, agendum esset de solo puncto resolutionis ipsius substantiæ dispositionis, & de quo principaliter adrix intererat, agi deberet; Adhuc pro non resolutione respondendum esse dixi ex contextu ipsius dispositioni pacti resolutivi, quod ad litteram percutebat jus dicti operæ, & sic istud accidens, non autem ipsius dispositionis substantiam iuxta distinctionem, de qua sub tit. de fideic. disc. 118. ubi concordantes, inter id quod respiciat substantiam, & id quod respiciat accidentia, cum tamen sufficiat id reddi dubium, ut locus esset regula, quam vulgarem, ac receptam habemus, ut in dubio pro exclusione ademptionis respondendum veniat, Multo magis ubi agatur de dispositione ad pias causas, & fortius de hac specie, que omnium magis pia reputari solet pro celebratione missarum, & suffragio animæ ipsius disponens, coniungendo in idem considerationem, de qua supra acquiescentia ipsius Donatoris, donec supervixit, dum ita resultat præsumptio perseverantia in eadem voluntate, quam in ipso donatorio instrumento nimis declarata videbatur, assignando istam propriam peculiarem partem animæ propriæ, & sic quod resolutum esset accidens favore dictæ operæ, non autem resoluta illa substantia, que respiceret favorem ipsius disponens, quasi quod dicta opera deputata esset potius executrix, & administratrix, non autem quod ad eam directa fit substantia dispositionis.

Ex eisdem fundamentis dixi quoque respondendum videri pro denegatione facultatis hæredis mutandi locum, ipsamque Cappellaniam alibi erigendi ob enixam voluntatem, & devotionem Donatoris erga dictum altare in eadem donatione explicatam, atque ob personalitatem arbitrii ut supra; Aliud enim dicebam esse Congregationem, sive Operam prædictam; Et aliud ipsum altare, cum non implicet, ut in eadem Ecclesia, vel Cappella ad sint plures Cappellanæ, & beneficia, sive ad sit Rector, vel Cappellanus, vel ad sit aliquo Congregatio, vel Confraternitas secularium, ut docet notoria, & vulgaris praxis, ideoque non ex eo quod Opera ceciderit iure suo, cecidisse censendum est ipsum altare, quod ita Cappellanum dicta opera independentem pro majori ejus cultu habeat.

Atque ultra prædictum motivum tacite remissionis, & acquiescentiæ nimia ponderatione dignum dicebam esse alterum, quod idem Donator moriens, in eadem Ecclesia sepultus erat iuxta ponderationes de quibus supra hoc tit. disc. 16.

Hinc de consequenti planam dicebam sequi resolutionem tertii puncti super jurispatronatus passivo reservato ad favorem certi generis personarum, quod scilicet ubi etiam admittenda esset resolutio cujuscumque juris dictæ operæ circa jurispatronatus activum, non exinde inferri poterat ad passivum reservatum ad favorem diversi generis ex deductis sub tit. de jurapat. disc. 70. ubi concordantes.

**PLACENTINA BONORUM. PRO MONASTERIO S. SIXTI CONGREGATIONIS CASSINENSIS.**

**CUM CAMERA DUGALI.**

*Responsum ad causam cum sensu veritatis, ut datum est.*

An valeat donatio facta Principi, ut privatorum jura excludat; Et quando donatio facta absentis, sit revocabilis.

De suspicionibus falsitatis instrumenti; Et incidenter de competentia fori, & de propositione, quod Fiscus non ligat manus vacuis.

**S U M M A R I U M.**

- 1 **F**acti series.
- 2 Quod causæ super bonis possessis per Ecclesiam sunt tractandæ in foro Ecclesiastico, non autem seculari.
- 3 Jura privata Principi non dicuntur spectare ad Fiscum, neque faciunt causam Fiscalem.
- 4 Quas causas contra Ecclesiam, vel Clericos Fiscus trahat ad suum iudicem.
- 5 De propositione, quod Fiscus non ligat manus vacuis quod procedat.
- 6 De invaliditate donationis factæ Principi in præjudicium tertii.
- 7 Non debet Consulitor absens se ingerere in iuribus localibus.
- 8 Quod donatio onerosa facta absentis sit revocabilis ante acceptationem.
- 9 Quomodo procedendum sit circa fidem, vel suspensionem instrumenti publici.
- 10 Et quomodo circa fidem testium.
- 11 An instrumentum obisset non reperiri originalem imbrovaturam.
- 12 Quando in testibus varietates, & aliæ exceptiones attendantur.
- 13 De verisimilitudine, vel inverisimilitudine nimium attendenda.
- 14 Quando urgeat major suspitio falsitatis instrumenti.
- 15 De aliquibus inverisimilitudinibus.

**D I S C. LXXIV.**

**D** anno 1654. Prætes Moricus instituta hærede universalis Blanca amita, et generali substituit Hospitale magnum Placentiæ, particulariter verò in prædiis, & bonis stabilibus in loco Castellati, substituit Monasterium Sancti Sixti ejusdem Civitatis Congregationis Cassinensis cum diversis oneribus piis ad rem non facientibus, factoque casu mortis testatoris de an. 1656. deindeque altero mortis dictæ Blanche de an. 1659. Monasterium in vim dicti substitutionis possessionem bonorum obtinuit usque ad annum 1667. in quo Camera Ducalis illud spoliavit sub prætextu donationis eorumdem bonorum usque ab anno 1649. per eundem testatorem factæ Serenif. Duæi hodierno, vel glo. mem. ejus patri, ac propterea inter Camera, & Monasterium deluper pendet lis in excelso Consilio Placentiæ, atque ex parte Monasterii meum expetitur consilium.

Quinque itaque videntur causa inspectiones; Una nempe competentia: Judicis secularis; Altera ordinis in possessorio; Tertia in meritis super dictæ donationis veritate; Quarta etiam in meritis posita veritate super ejus validitate; Et quinta pariter in meritis, posita validitate super revocabilitate.

Quatenus pertinet ad primum, quamvis Abbas, & Monaci non diffidant de summa doctrina, & integritate præfati excelis Consilij, adeo ut meliorem Judicem eligere nesciant; Adhuc tamen tenentur, ut eorum debito, & conscientia satisfaciunt, insinuare incompetentiam Judicis laici in causa, in qua agatur de bonis jam cum iusto titulo, & pacifica possessione per notabile tempus octo annorum adeptis penes eos incorporatis, dum neque volentes Clerici, & personæ Ecclesiasticæ consentire possunt in jurisdictionem Judicis laici ex iuribus notoriis, quorum allegatio irreverentiam potius in tanto Tribunali saperet, potissimè dum non agitur de bonis patrimonialibus, & prophanis Clericorum, quo casu aliqua disputandi ratio cadere potest, quamvis etiam ex veriori, atque apud Catholicos magis recepta sententia, verior est Judicis secularis incompetentia, sed agitur de bonis Ecclesiæ, & auctor Abbas, & Monaci sint Ministri nullam causam propriam, sed illam Ecclesiæ agentes, quo casu res neque dubitanti principium recipit; Et fortius respectu illorum bonorum, que sint de directo dominio ejusdem Ecclesiæ, penes quam ita utile cum directo consolidatum fuit.

Neque qualitas donatarii contrarium suadere videtur, quoniam dubitandi ratio cadere fortè posset, quando ageretur de iuribus spectantibus ad Principem uti Principem ratione Principatus, adeo ut verè, & propriè causa Ficalis dicenda esset, quod utique in præfenti dici non potest, quoniam donatio facta est personæ Ducis Raynudi pro fe, suisque hæredibus quibuscumque, & cui dederit, & in liberam allodium, ideoque remanet jus merè privatum, & principaliter contradistinctum à jure Fisci, & Principatus iuxta glo. sam



Sam Magistralem in rubr. Cod. de jur. Fisci lib. 10. ubi Bald. n. 12. cum concord. per Peregr. de jur. Fisci lib. 1. tit. 2. n. 6. & 7. atque ista diversitas à jure infinuatur, disc. 2. de Feud. num. fin. & per tot. & alibi eodem tit. frequenter.

Et nihilominus ubi etiam ageretur de iuribus competentibus Fisco publico ratione Principatus, adhuc cum nullibi in jure cautum reperiri videatur hoc privilegium Fisci, ut se iudicem in causa propria facere possit, cum Ecclesia ejus jurisdictioni, & potestati non subiecta, illam de facto spoliando bonis jam à jure pacifice possessis, præterquam ubi agitur de feudis ab eodem Principe Ecclesiæ, vel Clerico concessis, quorum caducitas, vel devolutio præterdatur, cum tunc dicatur competens tanquam in re sua, & quæ sub ejus manus, & jurisdictione adhuc adesse dicitur ad text. in cap. ex transmissa, & sequenti de foro compet.

Ideoque in casu de quo à me agitur disc. 149. de Regalib. quod Camera Ducalis tanquam talis ratione Principatus, & Fisci publici præterdebat successione in bonis vacantibus, quorum possessio erat penes Ecclesiam, causa acta fuit in Tribunali Ecclesiastico, nempe in Sac. Congregatione immunitatis, cujus iudicio idem Serenissimus pro ejus summa pietate, & religione acquievit, multo magis in præfenti, quod agitur de causa merè privati patrimonii non autè Fisci; Neque dicere liceat, quod cū hodie Fiscus sit possessor, idcirco ille coram proprio Judice tanquam reus, & possessor conveniri debeat juxta naturam causarum Fiscalium ex relatis à me disc. 83. de jurisdic. & alibi, quoniam ita esset destruere jurisdictionem Ecclesiasticam, & forum, si de facto licitum esset spoliare Ecclesiam jurisdictionaliter, & auctoritative, deinde deinde Ecclesie, quod tamen adrix adeat forum laicalem, iudice dicitur non ad effectum redarguendi jam gestam, neque pro formali delineatione, sed solam insinuandi pietati, & religioni Tribunalis, ut cogitur pro ejus præfentia, & doctrina, an intret, necnè Bulla Cenzæ.

Ex eodem fonte, si eadem distinctione derivat revolutio secundæ inspectionis, ut scilicet D. Dux tanquam præfentis Donatarius agens contra hæredem particularem donatoris jam à jure pacificum possessorem bonorum, debeat illorum convenire in ejus foro servatis servandis, non autem illi suo spoliare, adeò ut spoliato denegandum ante omnia non fit interdictum retinendæ, quinimo illud retinendæ tanquam privilegium, quoniam terminatio de iuribus spoliatoris agi non valet, neque ipse audiri debeat ex iuribus, & principis theoricis, & practiciis valde notis, & quoties in praxi receptis ex relatis à me discurs. 27. & 24. de Jure, & passim.

Nil obstanti propositione, quod Fiscus non litiget manibus vacuis à me infinuata disc. 2. n. 17. disc. 35. num. 1. & disc. 56. num. 2. & alibi pluries sub tit. de Feud. ob duplicem rationem; Primò nempe, quod id reverè procedit in casibus, in quibus agitur de devolutione, vel caducitate Feudorum, aliorumque bonorum, quæ ab ipsomet Principe derivant, adeò ut rem proprio manu sua vindicare dicatur, qualis est casus de quo pro istamet Camera Fiscalis agunt DD. à me relatis disc. 38. n. 5. & infinuatur disc. 84. eod. tit. de Feud. in principio. Et secundò quod non sumus in causa Fisci, sed in causa patrimonii privati, & non agitur cum subdito, adeò ut Princeps ejus jus tollere valeat eique præjudicare dispensando legibus laicalibus juxta illam potestatem, de qua plene à me agitur disc. 148. de Regal. sed agitur cum exempto, adeò ut rectè dici valeat, ut sit causa inter duos privatos.

Hinc inane opus de justitia, videtur agere de tribus aliis inspectionibus, quæ in meritis negotii principis cadunt; Sed quando præmissis neglectis videatur de eis agere, adhuc pervertendo ordinem ex quarta, & quinta, vel eorum altera, pro Monasterio possessore respondendum videtur.

Rationabilis etenim ista ordinis perversio videtur, quoniam si ex facilioribus, minusque odibilibus motivis pro Monasterio iudicandum venit, damnabile opus potius videtur difficultius, magis; ob illud motivum falsitatis assumere.

Aggdo itaque de quarta inspectione invaliditatis donationis etiam ubi ex abundanti instrumenti veritas admittatur, utporè facta Supremo Principi ex malo, & odibili motivo supplantandi Franciscum Vistinum, & quoscunq; alios qui prætenderent jus habere tam super donatis, quam super aliis, quæ ab incertis quibuscumque possiderentur ut patet ex contextu donationis, § quod scilicet, &c. Id etenim continet livorem, & malignitatem, qua nulla major, nullaque clarior, ut supremus Princeps teneatur cum ejus magna auctoritate, cui resisti non potest, tueri non solum

bona per ipsum donatorem possessa, atque eadem die de novo quaesita, sed etiam omnia alia, quæ ab extraneis, & ignotis possiderentur, idcirco dari non potest casus, in quo clarior, & certius intrinseco dispositio text. in l. res que. §. licet donatas, ff. de jur. Fisci, & Cod. ne Fisci vel Reipub. cum concordant. apud Peregr. de jur. Fisci lib. 4. tit. 6. num. 42. Rovit. consil. 11. num. 5. vers. At in Imperatore, latè Panzirol. consil. 28. quod latius sublinet, & comprobatur Placentinus Petra in ejus tractatu de potestate Principis par. 1. cap. 14. ex num. 10. cum segg.

Potissimè verò, & clarior ubi de hoc opponat non subditus, adeò ut Princeps replicare non valeat velle sibi præjudicare, atque in ejus præjudicium derogare legibus id dispensantibus, cum agatur de inferendo præjudicium non subditis, cum quo illam potestatem non habet.

Et quidem ubi onus injunctum Principi, restrictum esset ad rationem honorum ab ipso donatore possessorum, tunc forte aliqua disputandi ratio cadere posset, sed ob dictum malignum onus tuendi etiam ignotos possessores bonorum, super quibus Vistinus, & alius jus habere possent, non videtur cadere principum debitum.

Adfunt etiam alie nullitates ponderatæ in doctis, & elaboratis responsis Advocatorum Candiani, & Salcotii, sed quoniam pendunt à jure locali, & particulari, idcirco inherendo stylo non de facili assumentis inspectionem iurium localium particularium, quorum praxis non habeatur, id refero Defensoribus de illis melius informatis, potissimè quia nulla vobis videtur necessitas ob dictam clariorem nullitatem.

Verùm ubi etiam videretur hanc nullitatem non ob stare quod non creditur, adhuc solidum videtur motivum revocabilitatis de quo in quinta, & ultima facta absenti re integra, & ante acceptationem fit revocabilis, necnè de qua à me pluries agitur sub diversis materiis præfentim de donat. locis infra allegandis. Admissa etiam opinione excludente penitentiam ob stipulationem juramenti, & ob juramentum, si ve ob alias limitationes desuper tradi solitas.

Adhuc solidum, & irrefragabile est motivum, ut id procedat in donationibus iudicatis, in quibus licet aliquid onus commixtum habeat semper certum fit donatarii lucrum adeò ut nullus subsistat timor proprii damni, propterea iacturæ, secus autem ubi agitur de donatione onerosa continente tale onus, ut donatarius esse valeat in damno, & iactura, cum tunc redoleat speciem contractus onerosi, & respectivi, idcirco re integra, & ante donatarii acceptationem fit locus penitentiae, atque donator cum implicita etiam revocatione de bonis ad alterius favorem disponere valet, ut aliis relatis firmatur per Rota dec. 27. par. 7. recent. apud Royas dec. 314. n. 21. atque à me declarando in specie dictam dec. 27. par. 7. advertitur sub tit. de donat. disc. 14. n. 13. disc. 23. n. 11. & segg. & disc. 56. num. 22.

In his autem terminis donationis verè onerosæ veramur, & quæ incertum est, an lucrum vel dampnum ubi acceptetur, allatura esset, cum donatarius obligetur ad defendendum non solum bona donata, & per ipsum possessa, sed omnia alia in loco existentia, & per quoscumque possessa, à quorumcumque molestitis vel obligatione refectionis damnorum, & interesse in casu contrario, idcirco intrat limitatio de plano.

Quoque per dispositionem particularem, & expressam tenetur implicite, per atecedens necessarium revocata donatio, firmatur disc. dec. 27. par. 7. rec. & admittitur de plano in aliis decisionibus, & auctoritatibus recentibus à me locis supra citatis sub tit. de donat. & in terminis fortioribus late agitur disc. 58. de fideic. ubi ad fatietatem.

Cæterum solidissimum, ac irrefragabile videtur quoque motivum, de quo in tertia inspectione falsitatis instrumenti ex multis convincentissimis argumentis, & demonstrationibus late, & judiciousè deductis in Responsis præfatorum Advocatorum Candiani, & Salcotii, quæ reasumere superfluum est, cum in eis commode videri valeat, & genio, ac stylo nimium abhorrentibus munus superflui transcriptoris eorumque jam deducta sint.

Solum circa istud motivum subiungo, ac rogo Judices advertere, quod pro meo iudicio hujusmodi quaestiones videntur potius facti, quam juris decidendæ ex singularum casuum particularibus circumstantiis non singulariter, & casuum particularibus ponderandis pro illius casus præcisa disjunctim, sed unitim ponderandis pro illius casus præcisa qualitate, adeò ut rectè dari possit, ut in uno casu aliqua argumenta sufficiant, & abundant, in altero autem eadem, ac

ac alia longè majora non sufficiant ex relatis à me disc. 26. de judic.

Idemque habetur, circa fidem dandam, vel denegandam testibus, & persone dantis, illorum fidem adimant, necnè ad celebrem verque aureum Textum in l. 3. ff. de Testibus cum concord. à me deductis disc. 32. eodem tit. de judic. adeò ut error videatur cum regulis generalibus in abstracto procedere.

Ad regulandum autem prudens benè ordinatum judicis arbitrium, cui utraque materia remissa videtur ad sequentia præfentim partim generalia, partim verò specialia effectum venit.

Primò nempe, quod licet publico instrumento ejus requisita habenti non obitet non reperiri matricem, quæ post redactum instrumentum ad publicam formam negligi, seu lacerari valeat; Attamen quando aliquæ falsitatis suspensiones, & argumenta urgeant, tunc ista deficientia nimium consideranda venit, nimiumque suspitionem auget, ut id afficere gestum fit, ne valeat Notarius cum scriptura originali receter facta de falsitate convinci ut ita distinguendo disc. disc. 26. de judic. n. 21. apud Buratt. dec. 397. n. 7. & dec. 757. n. 4. Cavaler. dec. 455. n. 4. Farinae. de falsi. quest. 153. n. 44. apud quos cæteri.

Secundò, quod licet varietas, vel contradictio in testibus non fit in consideratione habenda, quando fit super accionem non autem super substantialibus, attamen id procedit, quando contra eos nulla urgeat suspitionem, secus autem his accedentibus, quoniam tunc etiam leves exceptiones magnificandæ sunt, atque in consideratione habenda ex relatis à me disc. disc. 22. de judic. n. 51. Ubi concordantes commodius videri possunt, eisdem stylo, ac genio superfluum transcribere, ut supra abhorrendo.

Et tertio, quod in hac materia falsitatis verisimilitudo, & respectivè inverisimilitudo est illius principis regularis, illaque est Dominia, cui alie conjuncturæ, & præfentibus, pedissæque famulantur ex relatis disc. disc. 26. de judic. n. 20.

Et quarto fortius, quoniam tunc propriè procedit regula, quæ assilicet veritati, ac publicæ fidei Notarii, da qua eodem disc. 26. de judic. n. 13. quando Notarius nullum habet interesse, nullumque notabile commodum ipse ex actu reportet, adeò ut falsitas potius machinationis ejus, ad cujus favorem scriptura cantat, referenda veniat, præterdendo solum, quòd Notarius ab eodem penderetur omnes auctoritates de hac materia agentes, istos terminos reverè percurant; Secum autem, ubi scriptura rectè attendita ejus substantia principaliter concernat interesse, & utilitatem Notarii, & testium, vel aliorum ex eis, qui ita ad proprium commodum illam consingere, & machinare poterint, pro majori firmitate machinationis consingendo actum in persona potenti, quamvis ignara, cum tunc ubi etiam nullam legem scriptam, vel auctoritatem haberemus, ipsum jus naturæ ipseque naturalis discursus id doceat, cum etiam Principibus nequeat testimonium ferre, vel instrumentum, & scripturas conficere ad eorum favorem.

Applicando itaque ad rem nos versamur in his terminis, quod scilicet ob onus injunctum donatario, ut omnes, & quoscumque possidentes bona in eo loco tueri teneatur, cum notarius, & unus ex testibus essent ex hujusmodi possessores, contra quos Vistinus litem movit, & obtinuit, ita causam propriam, potius quam illam Ducis donatarii gestis

dicuntur, atque hoc solum motivum omnem penitus difficultatem dirimere videtur, remque in claris ponere.

Accedunt quoque multæ nimium patentes, & clare inverisimilitudines, & suspiciones ultra prædictam fortissimam, & vehementem interesse proprii, quæ sola sufficere, Primò nempe adeò magna tarditas in publicando, & patefaciendo, quoniam ubi Notarius occultam tenuisset Scripturam usque supervixit donator magnam & supremam in loco gerens manus, tunc transeat, sed post ejus mortem, quando quicumque respectus cessaverat, id est penitus improbabile, attenta præfentim qualitate donatarii supremi Principis, cujus gratiam publicando captare potuisset, & occultando indignationem incurrere, ut ad sensum cuiusq; sensati viri nimium clarè patet.

Altera est inverisimilitudo ex parte donatoris, quem adeò doctum, & prudentem virum nimium probabile est ad benevolentiam, & gratiam Supremi Principis ejus benefactoris, à quo majora sperare poterat, conservandam, & augendam, eidem patefecisset, ut clarè ad sensum.

Tertia est pariter nimium clara, & evidens inverisimilitudo, ut vir decrepatus, Sacerdos doctissimus, & integerrimus absque aliquo commodo proprio, vel suæ posteritatis ad favorem monasterii penitus extranei disponendo cum propria animæ detrimento, & damnatione, tot perjuriam, & falsitates committere voluerit.

Quartò, quod memor fuerit alterius testamenti per plures annos antecederet ordinati, & immemor donationis adeò de recenti factæ.

Quinta, & quidem fortissima resultat inverisimilitudo, ut vir adeò qualificatus, & Religiosus, ut supra tam manifestam malignitatem committere voluerit, ut donatarium obligaret ad defendendum omnes possidentes bona in eo loco erga quos ipse nullam defensionis necessitatem haberet tam adversus Franciscum de Vistinis, cum quo forsitan indignationem habere posset, quam etiam adversus quoscumque alios innocentes, & ignotos, quorum respectu esset malignitas maxima, qua nulla major.

Istis itaque argumentis, & inverisimilitudinibus si addantur alie ponderatæ per unum Advocatum Candianum, & latius per Advocatum Salcotium, atque omnes simul junctæ, & unitæ ponderentur cum vulgari regula, ut singula, quæ non profunt, &c. in iis materiis principaliter attendenda, veritas hujus falsitatis manibus palpari videtur.

Testibus inductis, ex parte Camera rectè responderetur prædictos Advocatos, in eorum responsis ostendendo variationes, & inverisimilitudines, necnon personale exceptiones, super quibus reflectendum venit ad conclusionem superius præfentim, quod exceptiones etiam leves attendendæ veniunt, ubi alique suspiciones contra testes urgeant.

Atque in omnem eventum, ex præmissis negari non potest præfentiones Ducis Donatarii esse nimium turbidas, & altissimæ indignitatis, ut propterea non poterit Ecclesia pacifica posseditrix per annos ante jurisdictionaliter, & auctoritative spoliari, idcirco jure publico potius, quam privato, undè nimium dubitari valeat, an intret dispositio Sacri Conc. Tridentini, & Bullæ Cenzæ, necnè.

Et ita sentio pro veritate, eisque solo respectu habito, non quidem, ut ex isto sensu aliquid majus pondus, motus præbere, vel addere præterdam, sed ut meum iudicium qualiter sit ingenuè proferam inherendo consuetudini non respondendi extra Curiam, nisi cum isto sensu.